Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449420-p0001-9

zu 0095

0.i.840 (1–101).

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449420-p0002-5

DFG

# THESES EX DIFFICILLIMA, ET IN PRAXI FREQVENTISSIMA

# DE SERVITVTIBVS MATERIA,

QVAS FAVENTE DEO TER OPT. MAX. PRAESIDIBVS CLARISS. CONSVLTISSImiſque viris D. Ioanne Michaëlis Cronenburgero, & D. Ioanne Hollandt SS. LL. Licent. Dictatore & Fiſco, in celeberrimo Colonienſis Academiæ Iuris Collegio, publicè diſputandas proponit, & defendere conabitur

IOANNES A GRAES
DAVENTRIENSIS,

*Anno ſal. hum. 1591. 12. Calend. Iulij.*




COLONIAE AGRIPPINAE
EXCVDEBAT PETRVS KESCHIDT.

Cc

26

# CONTINVATIO.

*HActenus de perſonalibus ſeruitutibus: ſupereſt nunc vt reales ſubijciamus,* (a) *quas rectius forte pædiales dicimus.*(b)

(a)l.1.ff.h.t.Zaſ.& VVeſemb.in parat.cod.(b)l.1.ff.Com.præd.§.1.Inſt.h.t.arg.l.rei.5.l.nomiais.6 & l.rei.23.ff.de verb.ſignif.

# THESIS I.

*SEruitutes hæ iurisgentiū ſunt,*(a)*easq́ definio: Quod ſint iura*(b)*incorporalia,*(c)*prædio inhærentia,*(d)*quæ dominantis fundi vtilitatem augent,*(e)*ſeruientis libertatem diminuunt.*(f)

(a)§.fi.Inſt.de vſ.& hab.fac.§.1.De iure perſ.§.1.De libertin.Inſt.(b)l 1 l. hæc autem iura.5.de ſer.vrb.(c)§.fi.Inſt.de reb.corp.& incorp.l.1.§ fi de rer.diuiſ (d) l.1.Com præd.§.ideo.Inſt.h.t.l.vnus 34.de ſer.ruſt.fac.rub. ff.& Inſt.his tit.(e) l.quoties 15.h.tit.l.ergo.5.in fine,& l.ſeq.& l.qui duo.29 de ſer.ruſt.l.3.§.vtilitas.de it.act.priua.l.1. de riuis & inf.theſi 18. (f) arg.l.8.9.& 10.C.h.t l.ſtipulatio iſta 38.§ ſi quis fortè,de verb.oblig.

## II.

*Diuiduntur variè:Ratione* Materiæ:(a)*in Ruſticas & Vrbanas.*(b)Vſus: *in Continuas, Quaſi, & Diſcontinuas.*(c)Cauſæ:*in Naturales,*(d) *Legitimas,* (e) *& Impoſititias.*(f) Formæ:*in Affirmatiuas, & Negatiuas.* (g) *Item in Nominatas, & Innominatas;*(h) *Quam poſtremam diuiſionem cum Coraſio* (i)*reijciendam cenſeo.*

(a)l.vrbana fam.166.& l.vrbana præd.198.de verb.ſignif.§.1.Inſt.h.tit.(b) l.1.ff.h.t.fac.rub.ff.& Inſt.his tit.(c)l.ſeruitutes 14.h.t.l.ſeruitutes 19.in prin.l.foramen 27.de ſer.vrb. Hæc eſt Communis,quam reprobat Longouallius in l.imperium.de iuriſd.om.iud.(d)l.1.§.antep & pen.l.2.in prin.de aq pl.arc.(e)l.fi.§.fi.C.h.t.l 23.de aq.pl.arc.(f) de quib.hic.(g)l.1.2.& 3.de ſer.vrb.(h)gloſ Caſtr.& DD.in l.1.§ in prædijs.de ſer.ruſt. Aliter Cepol.de ſer vrb.præd.cap.9.n.3 & 4.(i)in l.1.h.t.n.129.Fac.quod not.Zaſ.ſing.reſp.lib.2.cap.7.num.7.

## III.

*Vrbanorum prædiorum ſunt: Altius tollendi, aut non tollendi, luminibus vicini officiendi, ſtillicidium auertendi, ius immittendi, oneris ferendi, proijciendi, protegendi, &c.* (a) *Ruſticorum: iter, actus, via, aquæductus, aquæhauſtus, pecoris ad aquam appulſus, ius paſcendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, &c.*(b)

(a)l.1.2.3.& paſſ.tot.tit.de ſer.vrb.§.1.Inſt.h.t (b) l.1.2.3.4. & per diſcurſ.de ſer.ruſt.§.2.Inſt.h.t.

## IIII.

*In diſcernendo .a. Ruſtica an Vrbana ſit, non ſeruiens,*(a)*ſed dominans attendi prædium verius eſt.*(b)*Ideoq́ viam quæ ſui natura ruſtica eſt,*(c)*ſi ædibus debeatur vrbanam exiſtimo.*(d)

(a)vt noue multis arguit Coraſ.in Antelud.l.1.h.t.n.19.20. & ſeqq.(b) Hæc eſt Communis,l.1.ibi gl.Coſtal.& DD.ff.de ſer.vrb.Alciat.in d.l.vrb.198. Zaſ.ſing.reſp.lib.1.cap.9.nu 4.

9.nu.4.& ſeqq.Mynſ.ad Rub.Inſt.h.t.nu.4.Cepol.de ſer.vrb.cap.11.num.10.& cap.13.per tot.(c)l.1 de ſer.ruſt.§.1.Inſt.h.t.(d)cum glo.in d.l.1.& l.pater 6.de ſer.leg.

## V.

*Sed de duabus multùm DD.dubitant, Quomodo videlicet Altius tollendi, & Luminibus vicini officiendi, ſeruitutes ſint cum illa ex naturali libertate competat, (a) hæc ſecundum illos, dominanti prædio damnoſa ſit? (b) Ego in priori ſpecie Fabrum ſequor, qui illã in ædificijs ex ſtatuto, teſtamento, pacto, &c. certam altitudinẽ habentibus exponit: (c) In poſteriori, nouum Coraſij intellectum legibus conformem puto.* (d)

(a) l.Altius 8.C.h.t l.fi.ff.h.t.l.cum eo.8.l.cuius.23 de ſeru.vrb.l.fin.§.pen. Quod vi aut clam,(b)arg.l.2 & 3.de ſer.vrban.(c)in §.æquè.Inſt.de action. Zaſ.ibid. nu.18. & Mynſ.n. 9.& ſeqq.VVeſ.in parat.de ſer.vrban.n.3.Zaſ.ſing.reſp.lib.1.cap.10.pro quib.fac.l.qui luminibus.10. de ſer.vrb.l.1 C.de ædific.priuat.(d) Coraſ.in l.1.h.t.nu.18. per l.1. & d.l.qui luminibus.de ſer.vrb.& d.l.1.C.de ædif.priuat.

## VI.

*Habet & alias Germania ſeruitutes, vt venandi, aucupandi, piſcandi in fundo & flumine alterius, ligna ſecandi ex ſylua vicina &c. Quæ quales ſint, inter DD.non conſtat: Communiter perſonalia duntaxat pacta volunt, (a) Alij perſonales ſeruitutes aſſerũt. (b) Ego etiã Reales exiſtimo, (c) quod & cõſuetudo firmat, (d) & Camera Imp.probauit.* (e)

(a) glo.& DD.in l.vt ponum,7.ff.h.tit.in l.pecoris 4.de ſer.ruſt in l.mela.14.§ fin.de alim.& cib.lega.(b) Bald.in l.fi.C de cond.indeb.Faber & alij in §.æquè. Inſt. de action. (c)Zaſ.in d.§.æquè,nu.24.& ſeqq.Et ſing.reſponſ.lib.1.cap.11.& conſ.6.n.30.vol.2 quem ſequuntur Neoterici plerique(d)Cui ſtandum puto l.4.§.fi.de pub. & vectig.l. ſed ea.34. & l.ſi de 36.de legib.(e)Gail pract.obſer.lib.2.obſ 66.nu.2.

## VII.

*De perſonis quæ ſeruitutes conſtituunt, videamus. Regulare eſt hic, Qui imponere poteſt, eum & acquirere poſſe, ſed non cõtra, (a) Imponere poſſunt qui pleno iure, (b) etiam qui vtiliter poßidẽt, (c) vt: vaſallus, (d) emphyteuta, (e) libellarius, ſuperficiarius, &c. (f) Idem in hærede quoad legatum conditionale: (g) Sed horum iure ſoluto, ſeruitus quoque ipſa reſoluitur.* (h)

(a)l.ſed & ſi quid.19.§.fi.de vſufr.Cepol.lib.1.cap.15.(b)l.1.Com præd.(c)l.1.§.fin.& ibi gl.de ſuperfic.(d)c 1 § quid ergo.de inueſt.de re al.fact. Communem dicit Curt. part.4. feud.n.105.(e)Communem dicit Coraſ. in l.3.h.t.nu.23.(f)allegant DD communiter l. 3.h.t.quam tamen rectius exponunt Coſtal.& Coraſ.ibi n.28. (g)l.ſi is 11.§.fin. Quemad. ſer.amitt.l.ſi fundum.104.de cond.& demonſt.fac.l.fi.§.ſin autem.C. Com. de lega.l.ſeruo.72.de lega.1.l.plerunque 206.de reg.iur.(h) d.c.1.l.ſi ex duob.6.§.fin.de in diem add.l.lex vectigali,31.de pignor.cum concord.

## VIII.

*Dominus directus vtili inuito nullam imponere poteſt; (a) Acquirere etiam eo inuito poteſt; (b) Proprietario verò etiam conſentiẽte vſufructuario imponere; (c) Vſufructuario, præter hoc, etiam acquirere iura prohibent.* (d)

(a) Coraſ.in l.3.nu.21.h.t. Cepol. de ſeruit.vrb.cap.14.nu.5.fac. quæ not. DD. in l.naturaliter.12.de acq.poſſ.(b)l.ſed et ſi quid 19.§. fin.in prin.de vſufr.(c)d.§.fin. in fin. & l. ſeq.(d)d.loco.

## IX.

*Maritus fundo dotali non imponit:* (a) *niſi is communi pretio æſtimatus ſit, & ipſe alterutrius reſtituendi electionem habeat.* (b)

(a) l. Iulianus, 5. & l. ſeq. de fund. dot. fac. §. 1. & ibi not. Inſt. Quib. al. lic. vel non. arg. l. de die 14. de pact. dotal. (b) iuxta l. quod ſi 11 de fund. dot. Cepol. d. cap. 14. nu. 10.

## X.

*Seruitutes hæ natura ſui indiuiduæ ſunt,* (a) *& incorporales,* (b) *ideoq; nec diuidi,* (c) *nec poßideri,* (d) *nec tradi poſſunt:* (e) *Sed earum vſus diuiſionem recipit,* (f) *Et pro vera poſſeßione, Quaſi poſſeßio,* (g) *Pro reali traditione, conſtituentis patientia eſt.* (h)

(a) l. viæ 17. h. t. l. 2. §. 1. & l. ſtipul. non diuid. 72. de verb oblig. l. 1. §. ſi vſusfructus. Ad leg. Falcid. l. hæredes. 26. §. an ea. Fam. erciſc. l. 10. Quemad. ſer. am. (b) §. fi. Inſt. de reb. corp. & incorp. l. 1. §. fi. de rer. diuiſ. (c) l. ſi quis 6. §. ſi quis Com præd. l. pro parte 11. h. t. l. 3. de ſer. lega. (d) l. ſi ædes. 31. §. fi. de ſer. vrb. l. ſequuntur, 4. §. ſi viam antep. de vſucap. (e) l. ſi ſeruus 43. §. pen. de acq rer. dom. d § ſi viam (f) l. 4. § fi. & l. ſeq. §. vſus h. t. l. ex meo 24. & l. ſeq. de ſer. ruſt. l. iter 15. Com. præd l. 1 §. duo, l. lucio, 4. §. fi. & l. ſeq de aq. quot. & æſt. (g) d. l. ſi ædes, in f. l. ait pretor 23. §. 2. Ex quib. cauſ ma. (h) l. quoties, 20 h. t. l. ſeruitutes 19 de ſer. vrb. l. 1. §. fi. de ſer. ruſt. l. ſi ego 13. §. 1. de publ. in rem act. l. 3. §. dare de vſufr. arg. §. interdũ. Inſt. & l. 1. §. fi. ff. de rer. diuiſ.

## XI.

*Item ſine prædijs non conſiſtunt,* (a) *idq; vel in ſolo vel ſuperficie:* (b) *Futuro tamẽ ædificio imponi & acquiri poſſunt,* (c) *quæ tunc demum effectum habent, cum prædium eſſe incipit.* (d)

(a) l. 1. Com. præd. §. ideo. Inſt. h. t. (b) l. 3 ff. h. t. (c) l. ſi ſeruitus 22. §. fi. de ſer. vrb. l. Labeo 10. de ſer. ruſt. l. fi. ſi ſeru. vindic. (d) l. ſi infantis 62 de vſufr. d. l. Labeo & d. l. fin. l. fundum 46. §. 1. de euict. l. hæredes 26. §. an ea. Famil. erciſc. gl. & Coſtal. in d. l. 1. Com. præd. gl. in d. l. 22. §. fi. Coraſ. in l. 4. h. t. n. 6. Zaſ. in parat. de ſer. vrb. poſt med.

## XII.

*Nec nouum eſt, ſeruitutem ſuapte natura realem, ſi ad perſonam referatur, perſonalem fieri.*

l. pecoris 4. & l. Lucius 37. de ſer. ruſt. l. mela. 14. §. fi. de alim. & cib. leg. l. apud Iulianum 41. §. ſi quis autem. de lega. primo, l. pater filiæ 6. de ſer. leg. l. vſus aquæ 21. de vſ. & hab.

## XIII.

*Hinc frequens & practicabilis eſt quæſtio: Quomodo Realis à perſonali conceßione diſcernenda ſit? Et conceßionis verba conſideranda ſunt;* (a) *Vt ſi ea factum,* (b) *vel perſonalem affectionem ſonent,* (c) *Perſonalis: Si ius,* (d) *Realis dicatur.* (e)

(a) Communis eſt, Bart. & DD. in dd. ll. (b) d. l. apud Iulianum, d. §. l. 2. §. pen. & vlt. de verb. oblig. § ſed cum factum Inſt. de ſtip. ſer. (c) d. l. pater filiæ, d. l. mela, d. l. pecoris, & d. l. Lucius, quam ex græco exponit, Alciat. diſpunct lib. 2. cap. 7. (d) l. 1. & l. 5. de ſer. vrb. (e) latiſſ. Cepoll. de ſer. vrb. cap. 2. nu. 5. & ſeqq. Zaſ. in parat. h. t. Coraſ. in l. 1 h. t. n. 12. 13. & ſeq.

## XIV.

*In caſibus autem L. vt pomum 6. D. h. t. & ſimilibus, Alij perſonalem ſeruitutem,* (a) *Alij obligationem tantùm perſonalem contineri volunt:* (b) *Ego vtrunque ſub Coraſij diſtinctione defendam.* (c)

(a) Petr. Cyn. & alij in d.l. vt pomum. (b) Hæc eſt Communis, gl. Bart. & DD. in d.l. vt pomum, in d.l. mela. § fi. & al bi paſſim per l. fin. § fin. de contrah. empt. & l. Caius 12. de an. lega. (c) Doctè Coraſ. in d.l. vt pomum, nu. 9. & ſeqq. Caſtrenſ. ibid. n. fi. Et implicitè dicit Cepolla. de ſer. vrb. cap. 2. n. 12. in medio, licet alibi contrarium teneat.

## XV.

*Porrò ſeruitutum natura perpetua eſt, (a) ſi non actu, ſaltem potentia. (b) Ideoq; ſtricto iure neq; ex tempore, neq; ad tempus, neq; ſub conditione, neq; ad certam conditionem conſtitui poſſunt: (c) Quod contra Communem, (d) tam de inchoatiua, quàm extinctiua conditione accipiendum puto. (e)*

(a) l. foramen 27. § omnes. de ſer. vrb. (b) l. 1. §. 1. de aq quotid. & æſt. (c) l. 4. h t. Ope tamen exceptionis ſuſtinentur, d. l. 4. (d) glo. Bart. & DD. communiter in d. l. 4. Cepol de ſeru. vrb. cap 20. n. 12. (e) per tex. in d. l. 4. cum Coraſio nu. 11. & Coſtal. ibid. Subtiliter Zaſius in parat. h. t. circa fin. & ſing. intell. lib. 2. cap. 30.

## XVI.

*Modus tamen ijſdem adijci, (a) earumq; vſus ad certa dierum vel horarum interualla reſtringi poteſt: (b) Sicut & eadem ſeruitus, vel diuerſa, ex eodem loco, etiam ad idem tempus, pluribus rectè conceditur, (c) dummodò poſterior priorem non impediat. (d)*

(a) d. l. 4. §. modus h. t. l. ſi ſic. 7. Quemad. ſer. am. (b) l 5. §. vſus h. t. l. 1. §. duo, l. Lucio 4. §. fi. & l. ſeq. de aq. quot. & æſt. l. ex meo. 24. & l. ſeq de ſer. ruſt. l. iter. 15. Com. præd. Et ſic cū Coraſio intelligo §. fin. d. l. 4 quem DD. communiter aliter accipiunt. (c) l. 2. §. 1. de ſer. ruſt. & ibi Coſtal l. qui per certum. 16. Com. præd d. l. Lucio, & l. in concedendo 8. de aq. pl. arc. (d) l. aquam 4. C. h. t. l. per quem 14. de ſer. ruſt. l. hoc iure 3. & l. fi. de aq quot. & æſt.

## XVII.

*Præterea per partes quidem nec imponi, nec acquiri: (a) Retineri tamen, (b) & ad certam fundi partem tàm remitti quàm conſtitui poſſunt: (c) Quod in parte diuiſa DD. Communiter accipiunt, (d) ego idem in indiuiſa, dummodò certa & limitata demonſtretur, affirmo. (e)*

(a) l. pro parte 11. h. t. l. ſi quis duas 6. §. ſi quis partem, Com. præd. l. ſi fundum 3. de ſer. lega. (b) l. vt pomum 7. §. 1. h. t. l. ſi quis ædes 29. §. 1. de ſer. vrb. l. vnus ex ſocijs 34. de ſeru. ruſt. (c) l. 6 h. t. l. certo. 13. de ſer. ruſt. (d) Hæc eſt Communis gl. & DD. in dd. locis, (e) d. l. certo. Coraſ. in l. 6. h. t. nu. 8. quem ſequitur Coſtal. ibid.

## XVIII.

*Item conſtitui non poſſunt, niſi prædij dominantis vtilitatē, actu, vel potentia, in præſenti, vel in futurum, (a) contineant. (b)*

(a) ſic cum DD. intelligo l. ei fundo 19. h. t. arg. l. ſi infantis 62 de vſufr. (b) l. quoties 15. h. t. l. ergo 5. in fin. & l. ſeq & l. qui duo 29. de ſer. ruſt. Hæc eſt Communis, Bart. Caſtr. & DD. in d. l. quoties. Cepol. de ſer. vrb. cap. 2. nu. 4. in fin. & cap. 17. n. 1. verſic. decimo. VVeſemb. in parat. h. t. n. 3. Contrar. tenet Coraſ. in rub. h. t. n. 6. 7. 8. & 9 & in d. l. quoties, nu. 3. & ſeqq. & Coſtal. in d. l. ei fundo.

## XIX.

*Locus intermedius ſeruitutes quoque impedit: (a) Priuatus, illas quarum vſum tollit; (b) Quod tam in vrbanis, quàm ruſticis cum Communi accipio: (c) Publicus, illas ſaltem,*

*tem, quarum vſus iȷs locis incommodat;* (d) *Sacer, omnes indiſtinctè quæ eius loci vſum etiam ſine incommodo requirunt.* (e)

(a) l. qui ſella 7. § fi. de ſeru. ruſt. (b) l. in tradendis 8. §. interpoſitis, Com. præd. l. loci 4. §. fi. & ll. ſeqq. ſi ſer. vend. l. ſi cum 15. Quemad. ſer. am. (c) Bart & DD. in d. §. interpoſitis, contra glo. ibid. & in d. l. qui ſella. §. fi. (d) l. ſeruitutes, 14. §. publico. & l. fi. in prin. h. t. l. fi. de ſer ruſt. l. ſi prius 17. §. via, & l. ſeq. de aq. pl. arc. (e) d. l. 14. §. fi. h. t. d. l. ſi prius 17. §. fi. arg. c. mancipia de rer. perm §. ſacræ Inſt. & l. in tantum 6. §. ſacræ, & l. ſacra 9. ff. de rer. diuiſ. Coſtal. in d. §. interpoſitis. de ſingulis Cepol. de ſer. vrb. cap. 18. per tot.

## XX.

*Conſtituuntur ſeruitutes multis modis, tam in vltimis voluntatibus: vt legatis, &c.* (a) *quam contractibus, iȷsq́; vel iuris ciuilis, vt ſtipulationibus,* (b) *vel iuriſgentium, vt venditionibus, &c.* (c) *Pactis etiam nudis & naturalibus.* (d)

(a) l. ſi teſtamento 30. de ſer. vrb. l. poteſt 17. Com. præd. §. fi. Inſt. h. t. (b) d. §. fi. l. cum eſſent 33. § fi. de ſer. ruſt. (c) l. 1. in fi. & l. 7. in pr. de pact. glo. & VVeſemb. in d. §. fi Inſt. h. t. (d) §. fi. in d. l cum eſſent. arg. l. 3. in pr. de vſufr. l. 1. §. fin. de ſeru. ruſt. l. quoties 20. h. t. & arg. l. in traditionib. 49. ff. & l. traditionibus 20. C. de pact. Ita VVeſemb. d. loco nu. vlt. Coraſ. in l. 4. nu. 7 h. t.

## XXI.

*Nouo quoque iure præſcribi illas certum eſt:* (a) *Sed quanto tempore grauiſſimè controuertitur; Communiter DD. in continuis longum,* (b) *in diſcontinuis immemoriale tempus requirunt:* (c) *Neoterici plerიq; indiſtinctè longum tempus ſufficere aſſerunt* (d) *Horum opinio etſi legibus non inimica ſit.* (e) *Illorum tamen, quam & Camera Imp.* (f) *& praxis vbique comprobat,* (g) *tutiorem arbitror.* (h)

(a) Olim ſecus fuit, l. ſequitur 4 §. fi. l. ſi aliena 10. §. 1. ff. de vſucap. (b) l. ſi quis diuturno 10. ſi ſer. vind. l. 1. & 2. C. h. t. l. 1. §. fi. de aq. pl. arc. (c) l. ſeruitutes 14. h. t. l. foramen 27 de ſer. vrb. l. hoc iure 3. § ductus, de aq. quot. & æſt. Hæc eſt Communis omnium veterũ gl. Bart. Caſt. & alior. in d. l. ſeruitutes 14. Salic. in d. l. 2. Et recentiorum. Schneid. nu. 16. & 17. Mynſ. nu. 4. 5. 6. & 7. in §. fi. Inſt. h. t. Zaſ. in parat. h. t. col. 2. Bab. 2. part. 4. princ. quæſt. 1. (d) VVeſ. in parat. h. t. nu 5. Longoual. in l imperium, de iuriſd. om. iud. Coraſ. in d. l. ſeruitutes, 14 a. nu. 4. vſque ad n. 26 Coſtal. in d. l. foramen Cuiac. in d. l. ſequituur. (e) Doctè VVeſemb. Cuiac. & Longo. dd. loc. (f) Mynſ pract. obſ. cent. 4. obſ 53. Gail lib. 2. obſ. 66. nu. 7. (g) VVeſ. d. loco. Schurff. conſ. 69. nu. 4. cent. 1. Zaſ. conſ. 6. nu. 2. vol. 1. (h) argu. l. ſi de 36. ff. de legib.

## XXII.

*Conſequenter de duobus quæritur: 1. An titulus. 2. An domini ſcientia in ſeruitutum præſcriptione requiratur? Et priori caſu, negatiue:* (a) *Poſteriori, Affirmatiuè reſpondeo.* (b)

(a) d. l. ſi quis diuturno 10. l. 1. § fin. & l. fin. de aq. pl. arc. l. apparet 5. § pen. de it. act. priu. Hæc eſt Communis, gl. Bart. Coſtal. & DD. in d. l. 10. Contrar. tenet Coraſ. in d. l. ſeruitutes 14. n. 31. Bona tamen fides requiritur, l. fi. ibi gl. & DD. Quemad ſer. amitt. l. 1. & 2. C. h. t. (b) d. l. 2. C. h. t. l. ſi à te 16. ſi ſer. vend. &c. Item hæc eſt Communis. Coſtal. d. loco. Zaſ. d. conſ. nu. 6. & in parat. h. t.

## XXIII.

*Cœptæ autem Quaſi poſſeßionis initium in Negatiuis ſeruit. demum poſt factam prohibitionem conſideratur.* (a) *Quod in Affirmatiuis ſecus eſt.* (b) *In vtriſq; verò coloni vel inquilini ſcientia & patientia domino non præiudicat.* (c)

(a) l. ſi is 15 ſi ſeruus. De vſucap. gl. & DD. in l. qui luminibus, 10. de ſer. vrb. (b) l. 1. §. 1 de it. act. pr. l. 1. §. quod autem, de aq. quot. & æſt. Cepol. de ſer. vrb. cap. 20. nu. 7. Coraſ. in d. l. 14. h. t. nu. 7. (c) l. fi. C. de acq. poſſ. cum ſimilib. Coraſ. d. loco.

## XXIV.

*Effectus ſeruitutis eſt, quod ſimpliciter conceſſa, tota in toto, & qualibet fundi parte ſit, tam dominantis,* (a) *quàm ſeruientis,* (b) *Quod ab initio quidem verum eſt, Ex poſt facto enim iſtis partibus liber ſit, qua ſeruitus directa non eſt.* (c) *Neque exinde creditor variare poteſt,* (d) *Quod tamen debitori ex cauſa permiſſum eſt.* (e)

(a) l. via conſtitui 23. §. fi. de ſer. ruſt. (b) l. certo 13. §. 1. l. ſi mihi 21. & l. ſeq. & l. ſi via. 26 d. t. de ſer. ruſt. l. ſi cui 9. h. t. (c) d. l. 13. §. 1. & l. ſed quæ 22. eod. (d) d. l. ſi cui, & l. fi. de aq quot. & æſt. l. 1. §. fi. de riuis, l. & ſi fortè 6. §. modus. ſi ſer. vindic. (e) l. 2. §. pen. de relig. & ſump. fun. gl. fin. in d. l. ſi cui. Communiter approbat.

## XXV.

*Oportunè hic quæritur: Creditoris an Debitoris ſit hæc ſeruitutis dirigendæ electio? Circa quod multùm DD. ſe inuoluunt, Ego primum conceßionis verba conſideranda puto:* (a) *Quæ ſi non appareant, aut neutralia ſint, in contractibus debitori,* (b) *in vltimis voluntatibus, hæredi,* (c) *niſi negligat,* (d) *electionem tribuo: In caſu quo conuenire non poſſunt, àrbitro res tota committitur.* (e)

(a) arg. l. planè 34. §. pen. de lega. 1. l. ſi ita relictum 44. de lega. 2. gloſ. ordi. in l. Lucio 23. eod. (b) l. plerunque 11. §. fi. de iure dot. l. ſi quis 10. de cond. indeb. c. in alternatiuis. de reg. iur. in 6. (c) text. in l. ſi via 26. de ſer. ruſt. (d) ſic conciliat cum d. l. ſi via, l. ſi cui 9. h. t. Coraſius ibi, aliter gl. aliter, Zaſ. in parat. alij aliter tenent. (e) d. l. certo. §. 1. latè Cepol. cap. 23. nu. 4. & 5.

## XXVI.

*Seruitute conceſſa, omnia ad eius vſum neceſſaria conceſſa intelliguntur:* (a) *Ideoq; qui viam habet, etiam fodere, foſſas explanare,* (b) *ſcalas, cliuos, & gradus facere* (c) *locum ſeruientem reficere, etiam non ſeruientem cum fabris accedere, terram, limum, lapidem, & calcem (ſuis tamen ſemper expenſis)* (d) *inuehere poteſt.* (e)

(a) l. 4 §. ſi quis. ſi ſeru. vind. l. binas 9 de ſer. vrb. l. 3 § fi. & l. via 23. §. fi. de ſer ruſt. (b) l. ſi iter. 10. h. t. (c) l. ſeruitutes 19. §. ſi domo. de ſeru. vrb. (d) dd. ll. & text. in l. & ſi fortè 6. §. etiam. ſi ſeru. vindic. (e) l. refectionis 12. Com. præd. l. veteres 4. de it. act. priu. l. 1. §. 1. & l. Seruius 3. §. fi. de riuis.

## XXVII.

*Dominus ſeruientis prædij ad patientiam tantùm, non etiam ad factum aliquod tenetur:* (a) *Sed oneris ferendi ſeruitus illud ſpeciale habet, vt qui illam debet, etiam ad refectionem parietis vel columnæ teneatur.* (b)

(a) l. quo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449420-p0009-8

(a)l.quoties 15.§.fi.h.t.l.poteſt 17.Com.præd.l.1.§.fi. de aq.pl.arc.(b)l.cum debere 32. de ſer.vrb.l.& ſi forte.6.§.etiam 2.& l.ſicut 8.§.diſtant.ſi ſer.vind.

## XXVIII.

*Seruitutem per plures fundos protenſam, in ſeruientibus vnam eſſe, (a) in dominantibus plures, (b) Communis eſt opinio. (c) Cui aſſentior.*

(a)l.vna 18.de ſer.ruſt.(b)l.ſi ædes 31.in princ.de ſer.vrb.(c)Bart.Caſtr.Coſtal.& alij in d.l.ſi ædes.facit l.nam ſatis 6.§.1.Quemad. ſer.amitt. Aliter Coraſ.in l.1.h.tit.num.118. & ſeq.

# COROLLARIA.

## I.

*PRoprietas loci qui ſtillicidium excipit, ſeruientis eſt prædij: (a) Proiecti ſupra alienum, dominantis. (b)*

(a)l.ſeruitutes 19.§.ſi.ſeruitus.& §.ſtillicidium.pen.de ſer.vrban.(b)l.quemad.29.§.1. Ad leg.Aquil.

## II.

*Non conſentire, & contradicere, in ſeruitutibus paria ſunt.*

l.inuitum 4.de ſer.vrb.Coſtal.in l.11.de ſer.ruſt.

## III.

*Nauis vrbano prædio: Molendinum (niſi inhabitetur) ruſtico magis comparatur.*

Cepol.de ſer.vrban.cap.10.nu.7.& 8.

AB: 153255

(X22039798)

K

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449420-p0011-5

De Legat. et Testamentis [illegible]

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-449420-p0012-1

EX DIFFICILLI-
N PRAXI FREQVEN-
TISSIMA

# ERVITV-
# S MATERIA,

NTE DEO TER OPT.
VS CLARISS. CONSVLTISSI-
nne Michaëlis Cronenburgero, &
SS. LL. Licent. Dictatore & Fiſco,
olonienſis Academiæ Iuris Colle-
è diſputandas proponit, &
endere conabitur

NES A GRAES
ENTRIENSIS,

*um. 1591. 12. Calend. Iulij.*




ONIAE AGRIPPINAE Cc
AT PETRVS KESCHIDT.